

1424 die 20. Januarij.

Ex Arch. Cap. Mad.

Venditionis Scultetiae in Daubro:
wa Wolia.

73.

19

In Nomine Domini Amen. Quoniam
ea, quae in humanis gestis fiunt in tem:
pore, ea simul labente tempore Deperdu:
tur. Igitur expedit, ut scriptis et sigil:
lorum munimentis roborentur. Quocirca
nos Andreas Modliboski, nec non tutor
Lagoviensis, unacum septem scultetis
in districtu Lagoviensi, primo cum
Tomkone de Nerokurzaw iudice supre:
mo juris Lagoviensis, nec non Bdystra
fratre suo de ibidem, et Petro de Do:
trow, Nicolao de Lagow, Mathia de
Sandek, Bratos de Wola, Stanislae de
Wesachow, Joanne de Oszewnicza, re:
cognoscimus tenore presentium, quibus
expedit universis, tam presentibus quam
futuris. Quod accedens ad nostram et
aliorum infra scriptorum presentiam
Bannito in iudicio Petrus Scultetus
de Sanbkowa Wola sane mentis exi:
stens, non compulsus nec coactus, neque
aliquo dolo seductus, sed de bona vo:
luntate, ac sui animi Deliberatione
resignavit, ac vendidit Scultetiam
in Sanbkowa Wolia pro triginta

marcis



maris moneta Polonica, numeri
consueti, tam longè et latè, velut
solus tenuit, sibi nihil de prædicta
Sultetia usurpando, neve retinendo,
sed cum omnibus attinentijs spectanti-
bus ad prædictam Sultetiam, pruden-
ti viro Shanomii, ac suis legitimis suc-
cessoribus coram hijs testibus, nobili
viro Raphaelè de Poytrow, Andrea
Malosceñ, oppidano de Lagow, Joan-
ne Sosule filio ejusdem, et alijs quam
plurimis fide dignis. In cujus rei testi-
monium, sigilla nostra appendimus, et
appendere jubemus. Actum et Datum
apud Joannem Consulem Molosajewicz,
Bannito in judicio feria quinta in festo
Sanctorum Martyrum Fabiani, et
Sebastiani. Anno Domini Millefimo
quadringentesimo, vigesimo quarto. ~